Officij Castren Capitan Sanocen Terminos Dilationem sibi non reusando, nullasq motiones Appellationes ac eam prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia Jndicis Simplicibus vel triplicatis, Exemptionibus suspensionibus factabijs Juris scriptione Terrestri bello convocatione vel alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec quovis alio modo evadendo His vue praesentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia nedante.

# Feria Tertia post Dominicam Exaudi proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo

24/V 1667

## Zydowski Wolska Obligat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus praemisliensibus Capitanealibus Premisliens. Generosus Andreas de Zydowo Zydowski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti Castren Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet Secum Successoribus ac bonis suis qualiter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac personaliter suum recognovit. Quia ipse ad priores et originales Summas, Primam Octo Millium florenorum Polon. Alteram Trium Millium floren. polon. Tertiam Trecentorum Quinquaginta

quaginta florenorum poloniae Coram Actis Officij praesentis inscriptas Quartam Mille Trecentorum Viginti florenorum Poloniae Actis Castren Capitanj Sanocen perse Recognoscentem Gnosis olim Adamo de Kocharow Gozek Wolski nuper Vita functo, et Annae Slicka Conjugibus, Inscriptionibus Seorsiuis inscriptas, et in bonis Villis Bachorzéc et Wola Podbukowina Iuribus sui Regni subie ctis modo obligatorio ad tollendum assecuratas, Tum et alteram Quintam Summam Mille Octingentorum Triginta florenorum Polonicalium itidem perse Recognoscentem Suprascriptam Gnosam Annam Slicka memorati olim Gnosi Adami Wolski Gozek Consorti in Statu Viduali existenti, Ac Liberis ipsis cum praefato Gnoso olim Adamo Gozek Wolski procreatis Actis ipsis Officij praesentis inscriptam et ad priores Suprascriptas Summas adiunctam et associatam, in eisdemque Supramemoratis bonis Villis Bachorzéc, et Wola Podbukowina ad tollendum assecuratam. Nunc denuo Summam Quingentorum florenorum poloniae de manibus Suprascriptae Gnosae Annae Slicka memorati olim Gnosi Adami de Kocharow Gozek Wolski Consortis relictae Viduae perse Recognoscentem realiter et in effectu leuatam ad illas priores Summas Originales Superius recensitas adiungit, adscribit, annectit, Copulat et associat in Unamque et indivisam Summam Quinque decem Millium florenorum Poloniae Combinat, et Connectit, Inscriptiones easdem tam Castren Premisliensis, quam Castren Sanocen Super easdem Superius recensitas Summas perse Recognoscentem tam Suprascripto olim Gnoso Adamo de Kocharow Gozek Wolski in Viuis existenti et Suprascriptae eius Conjugi insimul inscriptas, quam ipsi met Gnosae Wolska in statu Viduali

existenti

existenti, et in praescriptis Libris illius recognitas per praesentem Adscriptitiam et praesentem Adscriptitiam per illas priores et originales Inscriptiones in toto approbando et confirmando, In eadem itaque Summa Simul iuncta et in unum copulata Summa Quinquedecem Millium florenorum polonicorum, Idem Recognoscens Generosus Andreas Ioannes de Zydowo Zydowski Bona supraseripta Iuribus Suis Subiecta videlicet totam et integram villam Zachowiec et Wola Podbulkowiz Cum Curia et Praedio ibidem sitis in Palatinatu Russiae Districtu vero Sanocensi consistentis. Cum omni praemissorum bonorum Iure Dominio proprietate titulo obligationis cumque omnibus et singulis bonorum eorundem Utilitatibus, fructibus, proventibus, Redditibus, emolumentis, obventionibus, Tum Agris, pratis, Campis, Sylvis, nemoribus, indaginibus, Rubetis, fluviis fluminibus, Rivis, Rivulis, torrentibus, Aquis, earumque decursibus, Stagnis piscinis, Tabernis, molendinis, Cmethonibus, Hortulanis, Inquilinis, eorumque Laboribus, Censibus Dationibus, Vecturis, Munijs Officijsque quibusuis, Structuris, aedificijs, attinentijsque et pertinentijs bonorum praefatorum generaliter Universis, Nihil ex praemissis Iuris Dominij proprietatis, ac Cuiuisuis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente, Suisque Successoribus aut quoquam alio reservando seu excipiendo, Verum prout praemissa omnia et singula ipsamet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsumque Concernebant ac eius legitime serviebant, Iam ex nunc et defacto Suprascriptae Generosae Annae Stecha memorati olim Generosi Adami Lożek Wolski Consorti relictae Viduae, Tum Generoso Petro Dominico Barbarae Catherinae et Annae Wolskim filijs et filiabus eorundem

Generos

Generoso Wolskiis coniugum eorumq posteris in Summa supra:
scripta Quinquedecem Millium florenorum polonicorum, ad festum Conver
sionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Domini Millesimo Sexcen
tesimo Sexagesimo Octavo proxime venturo incidens, et in defectu
fortune bonorum eorum exemptionis Summaeq supra scriptae simul
iuncta Quinquedecem Millium florenorum polonicorum persolutionis extunc ad
aliud simile festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post Tri
ennium proxime tunc venturum incidens, et sic consequenter de Trien
nio ad Triennium festo ad festum Triennijs et festis sese con
tinue et immediate sequens usq ad Exemptionem bonorum praefatorum Sum
maeq supra scriptae totalis et integrae, indivisae, realem et effectivam
persolutionem obligavit, inscripsit, et invadiavit, prout praesenti obligat
inscribit, et invadiat, in quorum quidem bona praefata obligata idem supra
scriptus Recognoscens Zydowski praefatae Dominae Wolskim, Matri et
liberis eius obligatorijs suis eorumq posteris Coram Officio praesenti
dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamq
possessionem per Ministerialem quemcunq ampetendum et ubicunq duos dies
quocunq voluerint officiose acceptandam. Per ipsos Dominos Wolskie
Matre cum filijs et filiabus suis obligatorijs suos eorumq poste
ros bona praefata praesenti perse Recognoscente obligata, Cum Uni
versis eorum utilitatibus et emolumentis Competentiaq et pro
ventuum quavis tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et
pacifice utifruendi, ac ad usus suos et eorum successorum quos
libet beneplacitos libere et effectualiter convertendi, modo ac
titulo Obligatorio, Debetq et tenebitur idem Recognoscens Dominus
Zydowski perse ac suos successores in et super bonis suis quibus
Omnibus Summisq pecuniarijs quibusvis habitis et habendis praefatis
obligatorijs suis inscribit et obligat praesentibus ipsos et eorum posteros in
dictis bonis praesentibus obligatis et ratione eorum omnium ab omni et
quavis impetitione iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq
Conditionis Status et sexus cuiusvis eximere exonerandum in omni-

Iudicio

Judicis et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tuere deffendere, evincere, intercedere et eliberare in demnesq cum posteris reddere, Nec non hos eadem bona pertinentes obligata ab omnibus in genere Juribus, Jurisdictionibus prioribus et posterioribus su per eadem bona cuivis personam modo quocunq facti et faciend. tum etiam a quibusvis citationibus in eadem bona inserceat et imnortand Juris deniq et pertinenjs, processibusq Juris quibusvis in quocunq puncto et gradu suis dependen et in quovis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinend, ac iuxta praemissis bonis obligatis perductis et perducendis, emendare et eliberare, mundaq et libera semper fa cere ac etiam Intromissionem Statui coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praefati obligatoris dum per Ministerialem et Nobiles Officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eand libere dare, et effectualiter admittere, dataq et admissa eadem possessionem et usum fructum praemissorum omnium praesen obligator quovis modo tam perse, quam per subditas quasvis submissas et subordinatas per sonas non praepedire nec adimere, ipsosq obligatorios suos et com posteros in praemissis omnibus nullo modo iniuriari, ita ut eadem bona praesentibus obligata idem obligatorij suis cum suis posteris quiete et pa cifice praesen Inscriptionis obligatorialis vigore tenere, habere et possidere queant, illisq uti frui possint usq ad exemptionem bo norum praefatorum summaeq suprascriptae Amulierctae Quinque decem Millium florenorum polonicorum per eund Recognoscen Generoso Sychow ski Mic eiusq posteros praefatis obligatorijs suis aut illorum suc cessoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo, Se quoq quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo, ac re aliqua praemissis ex praemissis non completa complenda statu existens in ratum Recognoscens Generosq Andreas Joannes de Sydowo Sydowski cum suis posteris Ad instantiam suprascriptorum Generosorum Annae Sitecka olim realiter et effectualiter persolutione, Idq sub vadio similis summae Quinque decem Millium florenorum polonicorum

Gnosi Adami de Kocharow Zozek Wolski Consortis relictae Viduae tum Petri Dominici, Barbarae, Catherinae et Annae Wolskich Matris et liberorum eius obligatoriorum Iurium Suae conc Suorum Ad Officium Terrae Castrense Capitaneale Premisliense Suie Castrense Capitaneale Sanocense extunc recessu Supradicto quoad respondendum Spectat mediante Semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio Stare Iuri parere, respondere, Vadium prtactum luere, Inscriptioni Terrestri Satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac Suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos Semper peremptorios ultra infirmitate pro maiori Minorennitate Successorum Legatione, intra vel extra Regnum Servitio Militari ad munimenta, ad Evictore vel alijs quibusuis dillationibus et legalibus, impedimentis non differendo adquietatione praeterea ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Suie Castrensis Capitanealis Sanocensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo Nal. lasq motiones, Appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia pro nunc simplicibus vel explicitis Evasionibus Suspensionibus fatalibus Iuris Inscriptione Terrestri bello Conventioneq vel alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec quovis alio modo evadendo, Actis Suis presentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia Medianantibus.

# Feria Quarta post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo.

25 V 1667

## Roguski et Sokolnicki

Inter